



Aliud Numisma aureum Adrianus fecit, in cuius priore parte fuit effigies sua supra posita, in posteriore Traianus & Plotina, quorum beneficio ad fastigium Imperii peruenerat.



AELIVS ADRIANVS, cognomento Afer, consobrinus Traiani Imperatoris, Adriani pater. Cuius origo ab Adria oppido agri Piceni, quod mari Adriatico nomen dedit, manasse fertur: quæ postea in Senatum ascita, magistratibus claruit.



DOMITIA PAVLINA Gadibus orta, Imperatoris Adriani mater, Romam traducta, ex Aelio Adrianum, & Paulinam procreauit.

k

SABINA